Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift

30

in robustam petram quam excidistis. et in foueam laci quam fodistis.
Respicite in abraham patrem uestrum et in saram que peperit uos. quia
unus erat et uocauit eum et benedixit ei et dilexit illum et multi
plicauit eum. et te nunc consolabor syon. et consolatus sum
omnia deserta eius quasi paradysum. et ea que ad occidentem sunt
quasi paradysum domini. exultationem et letitiam inuenient in ea.
confessionem et uocem laudis. Dormientibus indolore ac me
rore perpetuo qui succenderunt signum et flammas robustis
simas fecerunt. uos qui persequimini iustitiam et quritis dnm.
significat autem apostolos et apostolos credentium chorum. Respicite
petram id est abraham patrem uestrum deque excisi estis et ad cauernam la
ci de qua percussi estis. id est saram que peperit uos. et hoc conside
rate quod cum unum et centum esset annorum et sterilem haberet uxorem
multiplicauerit filios eius quasi stellas celi ita ut numerum
uincerent multitudo. Si quid de uno homine tanta populorum na
ta sunt milia. quid mirum grande ut instaurentur ruinas syon
et deserta eius mutentur in paradysum uoluptatis et in hortum
domini quem plantauit dominus in eden contra orientem ut in
ueniat in ea pdiuitis arborib; gaudium atq; letitia. con
fessio et uox laudis. Hoc iudei ad zorobabel tempora refe
runt quod post babylonia uastitate instaurata sit syon.
edificatumq; templum et antiqua religio reddita est; quomodo
supra dicit ad syon. afferent filios tuos in ulnis et fi
lias tuas super humeros portabunt. et erunt reges nutri
cii tui et regine nutrices tue. et ecce isti de longe ue
nient. et illi ab aquilone et mari. et isti de terra australi.
quando dicit syon angustus est mihi locus. fac mihi spatium ut ha
bitem quam mediocritatem excedunt illorum temporum nec sup
terrenam ierusalem in pleta noscunt. sic et hic loquitur dns ad
eos qui sequuntur quod iustum est iuxta illud quod alibi dicit.